

nostrę^a) vel peccatis nostris minuendis, pro salute scilicet nostra conjugisque ac prolis nec non et pro stabilitate nostri regni, ad sanctum Mauricium et Innocentium in loco, qui dicitur Magadaburg^b), ubi sancti martires corporaliter requiescunt, in regionibus et urbibus ita nominatis Neletici, in qua est civitas, que Giuicansten^c) nuncupatur, altera regio Neletici, ubi est Vurcine civitas, Quezici^d), in qua inest civitas Ilburg, Siusile, in qua est civitas Holm nominata, Zitici, que habet civitatem Zurbici, Nudzici^e), ubi inest Vitin civitas, et^f) civitas Liubuhun^g) vocata, et Zputinesburg^h), Loponoh civitas et Treboniziⁱ) et civitas, que dicitur Brandanburg^k), donavimus atque tradidimus^l) omnem decimam in prenominate regionibus ac urbibus de fructibus et omnibus utilitatibus, ex quibus Christiani decimam dare videntur et ipsi persolvere debent, quandocumque per dei gratiam Christiani effecti fuerint. — —

Signum domini Ottonis invictissimi regis.

Ludolphus cancellarius advicem Brunonis archicapellani recognovit et subscripsit^m).

15 Datumⁿ) III. kalendas augusti anno dominicę incarnationis DCCCCLXI, indictione III, anno videlicet regni serenissimi regis Ottonis XXVI.; actum Ordorp; in Christi nomine feliciter amen.

4.

Papst Johann XII. erhebt Magdeburg zu einem erzbischöflichen, Merseburg zu einem bischöflichen diesem untergeordneten Sitz und verfügt, daß mit der weiteren Ausbreitung des Christenthums unter den benachbarten Slaven Bischöfe an dazu geeigneten Orten eingesetzt und von dem Erzbischof zu Magdeburg, dem sie unterworfen sein sollen, geweiht werden. [Rom], 962 Febr. 12.

Hdschr.: Cop. Liber privil. s. Maur. fol. 7 Staatsarchiv Magdeburg und Annalista Saxo (Mon. Germ. SS. 6, 616).

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1, 1.

25 *Ann.: Vergl. Einl. 169 Anm. 4. S. A. 312 Anm. 4.*

Johannis episcopus servus servorum dei reverendissimus confratribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, monachis, primatibus, cuncto clero et populo in Saxonia^a), Gallia, Germania, Bauuaria constitutis. Quociens ad provectum^b) novę christianitatis concessionis firmitatisque privilegium a sancta Romana ecclesia, cui deo auctore deservimus, 30 exposcitur, totiens omni diligentia omnique amore inpertiri opere precium duximus, ne quod erga pia desideria propensius inpendi convenit, callidi hostis invidia ob desidiam indesinenter subripiat. Totis ergo viribus, carissimi confratres^c), certandum est, ut christianitatem, quam deus omnipotens per servos suos cęlesti tropheo cotidie extendit et provehit, nostro quoque per eum adjutorio in eodem solidetur et maneat. Nunc vero dei 35 operante clementia carissimus et christianissimus filius noster rex Otto devictis barbaris gentibus, Avaribus scilicet ceterisque^d) quam pluribus, ut ad defensionem sanctę dei

3. a) an. n. rem. B. b) magdeburg B. c) givikenstein B. d) Queszici B. e) Nudzici. f) est A. g) Liubuhim B. h) Spitinesburg B. i) Trebenizi B. k) Brandenburg B. l) d. a. t. bei A am Rande nachgetragen. m) Signum — subscripsit steht bei B hinter der Datirung. Bei A fehlen Recognitions- und Datirungszeile. n) Dat B. Data: Druck.

40

4. a) Saxonia fehlt Ann. Saxo. b) provectum A. S. c) fratres A. S. d) aliisque A. S.